

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5397

Auteur(s) : Eustache Treveries [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1264, août

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Eustache Treveries, d'Orglandes, vend au chapitre de Coutances pour vingt-deux livres tournois cinq pièces de terre et une rente de deux quartiers de froment assise sur la paroisse de Hauteville-Bocage. Cette rente était due par plusieurs tenanciers.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 162, p. 294-295.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego, Eustachius Trevere, de Orglandes, vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi canonicis ecclesie Beate Marie Constantiensis quinque pecias terre mee, novem virgatas vel circiter continentes, quas habebam et possidebam in parrochia de Hautevilla, quarum una sita est inter terram Andree Juliani et inter terram Juliane de Mara, et altera inter terram ejusdem Juliane et inter clausum predicti Andrei, et tertia inter terram dicte Juliane et inter terram Petri de Mara, et quarta pecia inter terram ejus Juliane et inter terram Willelmi Piquere, et quinta pecia sita est inter terram Willelmi le Faon et inter terram predictae Juliane de Mara ; tenendas, habendas et possidendas in perpetuum decetero canonicis predictae ecclesie seu cuicumque eas tradere voluerint libere, pacifice et quiete, sine reclamacione et contradicione aliqua decetero mei et heredum meorum, salvo jure domini capitalis quod dicti canonici tenentur pro portione illa feodi acquitare. Preterea, vendidi et concessi et omnino dimisi eisdem canonicis duos quarteria frumenti ad mensuram de Hautevilla annui redditus ad festum sancti Michaelis, quem redditum michi debebant et reddebant annuatim homines et tenentes mei inferius nominati de tenementis que ipsi tenebant feodaliter de me in parrochia de Hautevilla, scilicet Julianus le Druel, tres bussellos et dimidium frumenti de una pecia terre continente unam virgatum et dimidiam sita ad spineam de Marteauvilla ; et Andreas Cornart, duos bussellos et dimidium frumenti de dimidia acra terre vel circiter sita in Faudeval juxta terram Thome Treviers ; et Stephanus Herberti, duos bussellos frumenti de una virgata terre vel circiter sita juxta terram Valaam de Hautevilla. Que predicta duo quarteria percipient dicti canonici et habebunt decetero annuatim libere et quiete per manus predictorum hominum et heredum suorum quos ad hoc cum predictis eorum tenementis et cum homagiis suis eisdem canonicis attornavi et cum omni alio jure quod habere poteram ibidem. Juravi eciam supra sacrosancta evangelia et tenemur ego et heredes mei predictis canonicis in perpetuum hec omnia supradicta garantizare et deliberare contra omnes vel alibi in proprio hereditagio nostra valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus. Pro qua venditione predicta, dicti canonici dederunt michi

viginti et duas libras tur. et persolverunt. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hic anno M° CC° sexagesimo quarto, mense augusti.